



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 31. Guilielmi Episcopi Trajectensis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. *Princeps Apostolorum afficitur, participes esse volueritis, procul dubio non estis digni, ut aliquando cum eodem coronam & gloriam in cælo sortiamini. Rogamus igitur charitatem vestram, ut instantissime Divinam Misericordiam implorare studeatis, quatenus aut corda impiorum ad penitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda consilia ostendat, quam insipientes sint, qui petram a Christo fundatam evertere conantur. (*) Quomodo autem & quibus ex causis Beatus Petrus anathematis vinculo Regem alligaverit, in chartula, quæ huic inclusa est, plene cognoscere potestis.*

§. XXXI.

Guilicmi Episcopi Trajectensis obitus.

Henrico Rege hoc anno 1076. Festum Paschæ, quod in vigesimam septimam Martii incidebat, Ultrajecti celebrante, Guilielmus illius civitatis Episcopus, ut Principi adularetur, adversus Gregorium Papam furiose declamabat, omnibusque ferme diebus Festis, e suggesto dicens, modis indignis in eum invehebatur, perjurum, adulterum, Pseudo-Apostolum, appellans, quem ipse aliique Episcopi sæpius excommunicassent.

Sed

Lambert.
p. 235.

(*) Fleurius posuit vocem *renverser*, evertere, sed in ipsa Epistola legitur: *violare*.

Sed ecce! paulo post quam Festa Pascha-^{Sæculum XI.}
 lia transissent, & Rex Trajecto excessif-^{A.C 1076.}
 fet, Episcopus derepente gravi morbo
 corripitur, & acutissimis doloribus cru-
 ciatus coram omnibus circumstantibus
 lamentabatur, se vitam præsentem, æter-
 namque felicitatem amisisse, quia pessima
 Regis consilia studiosissime adjuvis-
 set, atque ut ipsius gratiam iniret, repu-
 gnante propria conscientia, Papam pro-
 bris infectatus fuisset, quamvis sciret,
 sanctum virum esse, & virtutibus Apo-
 stolicis ornatum. Ita nullo Sacramento
 munitus animam efflasse dicitur. Suc-
 cessorem in Episcopatu habuit Conra-
 dum, qui Archiepiscopo Moguntino a
 cubiculis fuerat.

Interea Episcopi Longobardiæ, a Gui-
 berto Archiepiscopo Ravennatensi Pa-^{Aff. ap. Boll}
 piæ convocati, post Festum Resurrectio-^{c. 2. p. 151.}
 nis Domini iterum Papam excommuni-
 carunt. Cum vero Optimates Laici illius
 Regni dubitantes, an hujusmodi excom-
 municationis censura rata validaque ha-
 benda esset, aliquos Episcopos consuluis-
 sent, eis responsum est, Papam a nemine
 judicari aut excommunicari posse. (*)

U 4

Ita

(*) Diversæ sunt Canonistarum & Theolo-
 gorum opiniones. Aliqui, præsertim Galli, di-
 cunt, Summum Pontificem in Concilio Generali
 judi-

Sæculum XI. Ita Germanorum Italorumque in causa
A.C. 1076.

Pontificis & Regis divisi sunt animi.
Nam Regis fautores quoque dicebant,
Regem excommunicari non posse. (*)
Istud materiam prolixæ Pontificis Episto-
læ præbuit, ad Hermannum Episcopum
Metensem, qui prius Regis partes secu-
tus deinde ad obedientiam Papæ redie-
rat, datæ, in qua loquitur in hunc mo-
dum.

lib. IV. ep. 2.

§. XXXII.

*Epistola Papæ de Excommunicatione
Regum.*

Eos autem, qui dicunt: Regem non oportet excommunicari, quamvis istorum hominum fatuitas responso digna non sit, ad Sanctorum tamen Patrum dicta & facta remittimus. Legant, quid Beatus Petrus in Ordinatione S. Clementis populo Christiano præceperit, de illo homine, quem scirent Episcopo adversari. Discant, quod

judicari posse, Aliqui hanc Concilii, seu Ecclesiæ, in Papam potestatem ad casum Schismatis diuturni aut Hæresis restringunt.

(*) Quod Reges excommunicari possint, nullum est dubium. Alia est Quæstio, an etiam Jurisdiclio eos deponendi cuiquam competere possit. Certe nullius alterius conditionis homines per excommunicationem vel sua Dignitate vel Bonis temporalibus privantur.